

sentium tabernaculo egressus, ne qua vel p/  
ditiōe vel ignania excubiarum ab hostibus  
in castra per vallum aut portas irrumpentis  
bus repente somnolenti milites opprimerē  
tur, circuit omnes plateas, perlustratisq; por  
tis Castrorum Vigiles in soporem incumbē  
tes monet, hortatur, precibus fatigat, diligen  
ter posthac obseruent, nequid per tenebras  
detrimenti negligentia ipsorum capiat exer  
citus: nihil non exequitur & in castris mo/  
uendis quod vā conclamata fuerint, & in  
ijs metandis vnde nulla necessitate prohibe  
ri queat quo minus quam libuerit euadat. In  
itinere vero per antecursores explorantur  
hostium aduentus: hi præmittuntur ad angu  
stias, alij ad colles occupandos, alij iubentur  
in subsidium a tergo sequi. Interim sollicito  
de copijs & animis hostium oportune quis  
piam transfuga adducitur: is secreto interro  
gatus edocet sigillatim numerum atque fe  
rocitatem aduersariorum, vt præ magnitu  
dine diuisis aciebus ingrediantur: mox nun  
ciatur adesse hostes in propinquo, magno  
instare impetu, vel pulueris indicio instar  
Crassę nebule continenter augetentis, vt  
necessario conferendę sint manus.

Tunc repente (vt fit) multa oritur trepidatio